

pi hoc munere, non modò discipu-
lis meis omnium latinorum Poëta-
rum antistites & clarissima lumina,
Virgilium & Horatium, quantâ po-
tui fide maximâ, me explicasse scio,
sed usum etiam horum & imitandi
modum ostendi propositis exerci-
tijijs quâ sacris quâ profanis, Gno-
mis, Emblematis, Ænigmatibus, E-
pigrammatibus, Fabulis alijsq; car-
minibus, quibus vel natales alicujus
vel nuptias celebrare, vel amicos
peregrè abeuntes prosequi, vel ali-
cundè discessuri extremum vale fa-
miliaribus nostris dicere, vel è
Scholâ discessuri gratias Præcepto-
ribus